

Moises noster gemine revelatione legis accepta de monte ^{a)} descendit et ad suos, quos pro desiderio terrenorum ima tenere noverat, rediturus perambulare prius omnem terram, in qua videri Deus et cum hominibus conversari ¹⁾ dignatus est, voluit et religiosos ^{b)} usquequaque degentes pia sollicitudine visitare. Peragrans igitur regionem et ad singula fari-seorum loca divertens, quod sine gemitu dicendum non est, vere nullos de talibus habuit hospites, in quibus aliquos vel morum vel fidei non deprehenderet et curaret errores; nam de cetera multitudine quid viderit et deflexerit *melius est silere quam loqui* ²⁾. Intellexit homo divina preventus gratia, quod iam terram illam Deus a conspectu suo in ira et indignatione repulerat ^{c)} et correctionis eius tempus instabat.

Peracto ^{d)} itaque Hyerosolimis modico tempore transfretavit et venit primo Siciliam. Ubi videns terram uberem et delicatam dolentis affectu <cum> plangeret ^{e)} super ipsam, in evicinio cuiusdam greci cenobii prope ^{f)} Ethnam regressus specum ^{g)} latuit. Sacri ieiunii dies in abstinentia et oratione tribus feriis inpransus et incenatus expendit. Erat autem accepta ^{h)} spiritus virtute tam fortis in corpore, ut ad Domini laudem ipse cuidam in Christo sibi carissimo dixit, quia nullum usquam, qui eque ieiunare, vigilare et laborare simul posset, invenit.

Denique impleri proposito vel potius desiderio perseverans, beatum Martinum ³⁾, qui pro conversione ⁱ⁾ suorum Alpes transiit, imitatus, ut in patria sua signa conversionis et transmigrationis faceret vasa ⁴⁾, simul intelligens, quod Spiritus Sanctus in Calabria uberes et evidentes gratie sue fructus eatenus non fecisset et miserendi ei tempus instaret, ut terra

^{a)} de Thabor monte *L.* ^{b)} religiosus *HS., B.* ^{c)} repulleret *HS., B;* repulerat *L.* ^{d)} Facto *HS., B.* ^{e)} *folgt et HS., B;* flevit super illam, et ut populorum crimina plangeret, ad tempus in eadem insula remansit. *L.* ^{f)} propter *HS.?*; *B.* ^{g)} per annum stetit *L.* ^{h)} excepta *HS., B;* accepta *L.* ⁱ⁾ conservatione *HS., B.*

nacherzählte, soweit er sie lesen konnte. In solchen Fällen wird Gregorius de Laude (= L) im Apparat zitiert. Von mir eingefügte Worte sind in spitze Klammern gesetzt.

Bei der Kollation der Handschrift in Neapel half mir Dr. Arno Borst. Ihm und meinem archäologischen Kollegen Max Wegner (Münster), der uns im Herbst 1955 zu den Joachim-Stätten Süditaliens fuhr, gilt mein herzlichster Dank, ebenso Walther Holtzmann für manchen guten Rat.

¹⁾ Vgl. *Bar.* 3, 38.

²⁾ *Regula Benedicti c. 1.*

³⁾ *Sulpicius Severus, Vita s. Martini c. 5:* admonitus per soporem, ut patriam parentesque, quos adhuc gentilitas detinebat, religiosa sollicitudine visitaret, ex voluntate sancti Hilari profectus est ... ac primum inter Alpes devia secutus ...

⁴⁾ Vgl. *Ezech.* 12, 4.